

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . de Walkenrede et . . de Boch abbatibus Cisterciensis ordinis Maguntin(ensis) et | Misnensis diocesum et . . scolastico Mersburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim inter venerabilem fratrem nostrum . . Halberstadensem | episcopum et . . abbatissam Quidelingeburgensem super iurisdictione, quam in Quidelingeburgensi monasterio petebat idem episcopus, | questio emersisset, tandem in venerabilem fratrem nostrum . . Magdeburgensem archiepiscopum et collegam eius fuit a partibus | compromissum, compromisso adiectione pene ac etiam iuramenti religione vallato, nuper autem . . ipsius episcopi ac | prefate abbatisse procuratoribus super arbitrio ipso volentibus in nostra presentia litigare, dilectum filium nostrum G(regorium) | tituli sancte Anastasie presbyterum cardinalem<sup>5)</sup> dedimus auditorem, coram quo cum fuisset diutius disceptatum, quia super hiis, que | proponebantur hinc inde, non potuit fieri plena fides, questionem huiusmodi vobis de ipsorum procuratorum assensu duximus committendam. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, non obstantibus litteris super | hoc ad . . abbatem de Cella et eius coniudices impetratis, inspiciatis utriusque partis privilegia diligenter et au|ditis hinc inde propositis causam ipsam concordia vel iudicio appellatione postposita terminetis confirmando, cor|rigendo vel etiam irritando prefatum arbitrium, sicut de iure fuerit faciendum, nullis litteris obstantibus pre|ter assensum partium a sede apostolica impetratis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo | vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani X kal. aug. | pontificatus nostri anno sexto.

(B. D.)

## 71.

***Bischof Bruno II. von Meißen gestattet dem Abt und dem Konvent des Klosters Altzelle, daß Laien unter bestimmten Bedingungen auf dem Klosterfriedhof beerdigt werden dürfen.***

1223 März 29, Altzelle

*Original: Dresden, SächsHStA, OU. 252 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: beschädigt; 24,7 cm breit, 8,4–9,0 cm hoch, ohne Plica — Besiegelung: SP. Bischof Brunos II. von Meißen (Umschrift nur zu ca. einem Drittel erhalten, restauriert) an Pergamentstreifen; spitzoval, Maße nicht bestimmbar (Mielecki, Siegel, S. 194; CDS II, Bd. 1, Taf. I/8 = Rittenbach/Seifert, Bischöfe von Meißen, Taf. nach S. 80; Seyler, Siegel, S. 40, Fig. 4; Lehmann, UB Kloster Dobrilugk, S. 14 f., Nr. 13).*

*Edition: —*

*Regest: Beyer, Altzelle, S. 532 f., Nr. 59 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 103, Nr. 296.*

<sup>5)</sup> Gregor, Kardinalpriester von S. Anastasia (1216–1224), vgl. Eubel, *Hierarchia catholica* I, S. 4, 39 und besonders Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, S. 151–153.